Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cas: quia hic in loco de
serto sumus. Ait autem
ad illos. Vos date illis
manducare. At illi di-
xerunt. Non sunt nobis
plus quam quinque panes
et duo pisces: nisi for-
te eamus et emamus
in omnem hanc turbam
escas. Erant autem viri
fere quinque milia. Ait
autem ad discipulos suos
facite illos discumbere
per quinquagenos
et ita fecerunt omnes.
Acceptis autem quinque pa-
nibus et duobus piscibus
respexit in celum et be-
nedixit illis: et fregit
et distribuit discipulis
suis ut ponerent ante
turbas. Et manduca-
verunt omnes et saturati sunt

Feria vi. Ad Romanos

Fres. Arbitramur
enim iustificari hominem
per fidem sine operibus

legis. An iudeorum deus
tantum? nonne et gentium?
Imo et gentium quoniam
quidem unus deus qui iu-
stificat circumcisionem ex
fide: et preputium per fidem.
Legem ergo destruimus
per fidem? Absit. Sed legem
statuimus. Quid ergo
dicemus inuenisse abra-
ham patrem nostrum secundum
carnem? Si enim abraham
ex operibus legis iustificatus
est. habet gloriam sed non
apud deum. Quid enim
scriptura dicit? Credi-
dit abraham deo: et re-
putatum est illi ad iusti-
ciam. Et autem qui operatur
mercedem non imputatur
secundum gratiam sed secundum de-
bitum. Et vero qui non
operatur credenti autem
in eum qui iustificat
impium reputatur fides
eius ad iusticiam. Sancti

Et illo tempore Venit ad

Et discumbere fecerunt